



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Decennium Apostolicum S. Francisci Xaverii Indiarum II.
Japoniarum I. Apostoli**

Nevhsii

Oratio S. Xaverij pro persecutoribus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37272

Orationes et pij affectus S. Xaverij.

*Oratio S. Xaverij pro conversione infidelium
& peccatarum.*

ATerne rerum omnium effector Deus, memento abste animas Infidelium, Hæreticorum, & peccatorum procreatæ, easque ad imaginem & similitudinem tuam conditas. Ecce Domine in opprobrium tuum his ipsis infernus impletur. Memento Jesum Filium tuum, pro illorum salute atrocissimam subiisse necem. Noli quæsto Domine, ultra permittere, ut Filius tuus ab infidelibus contemnatur; sed precibus Sanctorum Virorum, & Ecclesiæ sanctissimi Filij tui Sponsæ, placatus recordare misericordiæ tuæ; & oblitus idolatriæ, & infidelitatis eorū, effice, ut ipsi quoq; agnoscant aliquando, quem misisti Dominum Jesum Christum, qui est salus vita & resurrectio nostra, per quem salvati, & liberati sumus; cui sit gloria per infinita sæcula sæculorum, Amen.

Turzel. lib. 5. c. 2.

Oratio S. Xaverij pro persecutoribus.

Domine Iesu Christe, Deus cordis mei, per acerbissimos mortis tuæ cruciatus obtestor te, ut intuearis tuas ipse cicatrices & vulnera, quæ Patri suo assiduè pro nobis exhibes, eaque salubria esse velis omnibus persecutoribus nostris, ut resipiscant.

E I U S.